

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Quistorp Thomas Lindemann

**Disputatio Theologica. Quod Romani Pontificis, Oecumenicus Primatus, Nullus Fuerit, Intra Sexcentos a Christo Nato Annos**

Rostochii: Richelius, 1663

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740038427>

Druck Freier  Zugang



R. U. Nov 1663  
Johann Rüistorp  
Vert. Thonius Lindemann



I. N. J.  
DISPUTATIO THEOLOGICA.  
*Quod*  
**ROMANI PON-**  
**TIFICIS, OECUME-**  
**NICUS PRIMATUS, NUL-**  
**LUS FUERIT, INTRA**  
**SEXCENTOS à CHRISTO**  
**NATO ANNOS.**

*Publ. proposita,*  
*Cum,*  
**Rev. Collegii Theologici**  
*approbatione.*

**D. JOH. QVISTORPIO.**  
**ΘΕΟΛ. Prof. P. ejusdemq; Facult.**  
**DECANO.**



*Respondente*  
**THOMA LINDEMANNO**

*Hafniensi.*

In Auditorio Majori. Jun. d. XVII.  
ANNO M DC LXIII.

ROSTOCHII.

Typis Johannis Richelii, Senatus Typogr.





L. N. 3.

Oecumenicus Primatus Pontificis Romani, nullus fuit intra Sexcentos  
à Christo nato Annos.

**T**er nos & Pontificios discep-  
tatur, an ab initio æra Dionysia-  
nae, Episcopus Rom. Universalis & Eccle-  
siae Catholice Caput ordinariè vereq; dictus  
fis; id est. Qui Conciliis Oecume-  
nicis omnibus major, cuius decre-  
tis universa Christi Ecclesia neces-  
sariò ac libens parere, seseq; subji-  
cere debeat: Qvem nullus Re-  
gum neqve Clericorum coarguere possit qvidvis agen-  
tem: ad qvem ex omnibus Orbis partibus ultimataè ap-  
pellandum: Qviqve ubi cunqve locorum fuerit, inte-  
grumjus & jurisdictionem habeat Episcopi. Id enim vo-  
lunt Decretal.: Declaramus, dicimus, definimus, omnino esse de-  
necessitate salutis omni humanae creaturæ, subesse Roman. Pontifici.  
Cum Glossis: Quicquid salvatur, est sub Summo Pontifice. Pa-  
ram totius orbis obtinere principatum. Tertius orbis esse Episcopum  
Rom. &c. Sed hanc absolutam potentiam, Episcopali sedi  
Romanæ, ab initio haud concessam fuisse, his pagellis,

A

Cum

cum D E O, per singulas Centurias, ad oculum probabimus.

Seculum

I.

**J**ESUS, qvī erat CHRISTUS, Rabbi dictus, exacto Anno Sacerdotali, XII discipulos, & LXX. alios Luc. X. a b legabat, ut essent præsentia Messiae per Judæam Interpretes five Internuncii, ac Professionem miraculis comprobarent. Illi eminentissimis Spir. Sancti donis instructi, demum in orbem universum Doctores prodibant. JESUS CHR. erat suorum unus Magister, illi ejusdem servi, interq; Eos nullum prorsus Primatum constituebat! omnes eodem modo vocabantur; Idem cunctis verbum prædicandum committebatur; Omnes miraculorum donis æqvè ornabantur, iisdemq; simul potestas dabatur ubivis concionandi; Principatum affectantes ex inscitiâ Regni sui, mox reprehendebat.

**S. 2.** Neqve ex scriptura Sacra causæ suæ firmamentum prôferent Episcopi Romani; Cum constanter classicum dictum Matth. c. XVI. *Super hanc Petram ædificabo Ecclesiam, de Christo, filio Dei vivi, solum exponant Catholici Patres:* Origenes in Matth. tract. I. Hilarius de Trinit. lib. 2. & 6. Gregorius Nyss. in testimoniiis delectis ex V. Testamento. Cyrillus de Trinitate. Chrysostomus in Matth. Homil. 55. Et Augustinus serm. 13. in Matth. Id è neqve Zosimus Papa, in istâ cum Episcopis Africanis de hoc Primatu concertatione, ullum ex Codice sacro locum allegavit, sed saltem ad Nicenum Concilium, à Romanis domi corruptum, provocavit. Neqve Miltiades Episc. in Epist. ad Hispaniæ Episcopos, hac ipsâ de re, eò scribens, eam haud aliquo Verbi Dei jure sibi vendicare, sed solum consuetudine assumere, videtur.

**S. 2. Ser-**

§. 3. Servator noster exaltatus ad dextram Patris, misso Spiritu Sancto, per Apostolos & Discipulos, administrari curavit Ecclesiam sanguine suo redemptam. Qui in Schola Christi instituti, & à Spiritu Sancto ornati, Judæos & gentes ad DOMINUM fide amplectendum, modis omnibus invitabant. Inque Synodis, causas ad doctrinam & gubernationem Ecclesiae spectantes, expediebant. Dein visitabant & confirmabant, à se ipsis, vel abs aliis institutas Ecclesias, usi de Paulo in Actis, & de Johanne, apud Euseb. lib. III. cap. 23, relatum legimus. Qvò ipsi haud excurrere poterant, eò mittebant vel Collegas suos, vel Epistolas. Gerebant enim curam omnium Ecclesiarum, 2. Corin. cap. VII. v. 28.

§. 4. Hos inter sanctos Viros, primatus nullus videbat, sicut Cyprianus, de simplicit. Prælatorum, fatetur: *Hoc erant alii quod Petrus, pari conforio prædicti & honoris & potestatis.* Et Ambrosius serm. 66. in 2. Cor. XI. *Inter Petrum & Paulum, quis cui præponatur, incertum est.* Idem adhuc apparet ex usitato Roman. Pontificum sigillo, in quo Pauli effigies, Petro statu dextris. Deqve Petro Apostolo, Gregorius Roman. Pontif. lib. III. Epist. 32. scribit: *Petrus ipse, qui Christi fuit Apostolus, non tamen universalis Apostolus vocatus est.*

§. 5. Qvod autem Apostoli inter se sortiti sint Terræ Provincias, Euseb. lib. III. cap. I. sicut ~~magistrorum~~ continet, innuere videtur; cùm in iisdem Provinciis ac Civitatis, Apostolos plur. simul Ecclesiam constituisse, Acta Apostolica testentur, vero simile haud est.

§. 6. Post Apostolorum obitum, alii ad remotissima loca contendebant, ad Evangelium de Christo iis annunciatum, indè Evangelista ac Apostolici Viri didicunt; qvorum pluri-

plurimi adhuc sub Commodo fuisse, Eusebius lib. V. c. 9.  
monet: *Qui parati ad hoc, ut divino zelo, ad imitationem Apolo-*  
*lorum, divinum verbum proveherent & adificarent.* In schismatis  
remedium, primus ex Presbyteris Episcopus salutabatur,  
ut os esset Presbyterii, solo ordinationis officio ab aliis  
distinctus.

§. 7. Episcopi cum Presbyteris munus docendi  
populum fideliter obibant, ac haereticos refutabant. U-  
trique Sacraenta ordinariē administrabant, Baptisma  
nempē & Phylacterium, id est, Cœnam Domini. Etiam  
cura erudiendorum Adolescentium Episcopis commit-  
tebatur, undē & Polycarpum Episcopum multos disci-  
pulos habuisse, testatur Epistola Smyrnensium. Ac Ire-  
næus, in Epistola ad Florinum scribit: *Se puerum, audivisse*  
**Polycarpum.** Etiam S. Johannes alicui Episcopo Asia Minoris,  
juvenem ad erudiendum commendat, qui ipsi esset  
ad instar *Depositū*, Eusebius lib. III. cap. 20. Ita & Romæ,  
mater filium Eleutherium, informationi Aniceti Episco-  
pi Rom. commisit, juxta Niceph. lib. III. cap. 29. Sed mo-  
dò Romani Pontif. talia curant, scilicet!

Seculum  
II.

§. II. Nullo autem modo Seculo Secundo, Episcopi Ro-  
mani Principatus & regna administrarunt, quæ tunc Eth-  
nici possidebant. Episcopi isti, Viri sanctissimi, continua  
persecutione conflictati, & indies ad necem crudelissimè  
rapti, exiguum de his ambitiosis titulis & functionibus  
cogitandi otium habebant. Victor Episcopus Roman.  
Asianas Ecclesias, propter Paschatis diversitates cùm ex-  
communicasset, cum mox alii Ecclesiastici Viri objurga-  
runt. Et Irenæus, qui licet Pascha cùm Romanis cele-  
brabat, *Victorem samen competenter & muliū admones, propter adi-*  
*aphora.*

*aphora non movenda certamina; & diffonantiam jejuniti, fidei concordiam* haud tollere. Eusebius lib. V. cap. 23.

§. 2. His temporibus in Synodis particularibus, consultabant Fratres de Quæstionibus ibidem obortis, vel aliundē oblatis, de pœnitentium receptione, ac differentiis levioribus fraternè componendis. Modi coercendi in Ecclesiâ solū erant *Admonitio, Deposito & Excommunicatio.*

§. 3. Consociationis Ecclesiarum, in tribus potissimum seculis priscis, forma erat propè Democratica. Singulæ enim Ecclesiæ parem habebant potestatem, Verbum Dei pure docendi, sacramenta administrandi, ligandi & solvendi, ministros eligendi, ob fonticas causas Synodos convocandi, scholas seu *Alarçicas*, & in causis dubiis piorum consilia, postulandi. Ita Gallicani fideles, de Montanistis sententiam suam, ad fratres in Asia & Phrygiâ perscribebant. Eusebius lib. V. cap. 3. Ac Polycarpus, (suo tempore Doctor Asiae, & Pater Christianorum dictus Euseb. lib. IV, 15.) Romam commigrabat, ad hæreticos ibidem convertendos, Irenæus lib. III. cap. 1 & 2. Nam citra loci respectum, Viros illuminatos & fideles magni faciebant. Imò persuasi erant, puriorem doctrinam Ibi sonare, ubi S. Apostoli aliique Viri religiosissimi docuerant. Quæ consuetudo, extollendi Ecclesias certas, successu temporis, in t. Concilio Nicæno in legem abiit. Dum Can. VI. hujus Synodi dicitur, ex *consuetudine* Alexandrinum Episcop. vicinarum Ecclesiarum Africæ inspetorem esse.

§. 4. Johanni Apostolo, sub Trajano superstiti in Asia, primatum attributum fuisse, nusquam apparet. Presbyterium Romanum, propter S. Paulum, propter antiquitatem, alacrem confessionem, & Religionis integratem,

tem, qvæ Romæ longissimo tempore pura permanferat, propter liberalitatē in alias depauperatas Ecclesiās, & Urbis antiquissimæ ac Imperialis celebritatē, à cunctis Ecclesiis magnificiebat & extollebatur. Nec dum autem hinc seqvitut ejusdem Oecumenicus primatus, uti id calculo suo, hujus ætatis Justinus Martyr comprobat, qvi Romæ vixit, in lib. contra Triphonem: *Dum omnes Christianos vult esse Pontifices.* Cum Tertulliano, Advocato fori Romani, de præscript. contra Hæret. qvi, *universalis Christi Ecclesiæ Vicarium, Spiritum Sanctum esse*, fatetur, & non alium aliquem mortalium; Etiam Polycrates Ephesinus Episcopus, cum tota Synodo Asiaticorum, ad Victoris Romani Episcopi decretum de Paschate, Resp. se opotere DEO magis obedere, quam hominibus, Euseb. lib. V. cap. ult.

**Seculum III.** §. 1. *Seculum tertium*, haud multum differt, ab iis, qvæ modò dicta sunt. Qvia adhuc præcipua Autoritas in Ecclesiis singulis, fuit penes singulos Episcopos, qvos hujus ævi Martyr Cyprianus, Episcopus Carthagin. lib. 3. Epist. 14. *Præpositos* appellat. Is ipsus lib. 1. Epist. 3. Cornelium Rom. Fratris duntaxat nomine cōpellat, (uti Rom. Pont. in hunc usque diem, suos Episcopos usitatè nominat,) & fraternalm sibi cum Papa Rom. æquabilitatem vendicat. Sacraenta cum Presbyteris, æquabili jure dispensabant, juxta Tertullianum lib. de cor. militis. Qvī tamen, teste eodem in lib. de jejunio, urgente necessitate, Ecclesiastica publica sux Communioni jejunia indicebant.

§. 2. At causis Civilibus Episcopi nequaquam se immiscuerunt, sicut aperte fatetur Origenes (qvem Hieronymus de loc. Hebr. vocat, *Magistrum Ecclesiarum,*) in Esa.

in Esa. cap. VI. Qui vocatur ad Episcopatum, non vocatur ad Principatum, sed ad servitutem totius Ecclesiae.

§. 3. Ab Episcopis, hic secundi fuerunt Presbyteri, dein Diaconi, qui panem & calicem Communicantibus seu Competentibus porrigebant. Ambo visitabant agoros, morientium oculos deprimebant, ora claudebant, mortuos lavabant, & ad sepulturam ornabant, in Christo medentes, infirmorum mortem in se transferebant, & aliorum peripsema facti, ex hac vita migrabant, nihil a martyrio dissimiles, uti eleganter plur. talia proponit Euseb. I. VII. c. 21.

§. 4. Si quid gravioris negotii Ecclesiastici incidebat, mox Clerici & fideles Laici cuiusvis Provinciæ congregati, res necessarias communis consilio tractabant. Cuncta hæcce clarissimè docent, in Tribus primis Centuriis, Episcopi Romani Monarchiam Ecclesiasticam fabulam esse.

§. 1. Qvo magis magisq; Anni Epochæ Christi labuntur, Mysterium Iniquitatis, seu filius perditionis clarius manifestatur, jam enim dormiebat ambitio in sinu sacerdotum, juxta Cyprianum de jejun. & tentat.

Secundum  
IV.

§. 2. Currente Centuria Quartâ, Episcopi ordinacionem soli perficiebant, quo jure Eos ceteris Sacerdotibus præstantiores esse, Hieron. scribit ad Evagrium. Presbyteri, præterquam quod populum docebant, & Sacraenta administrabant, etiam discordias componebant, Epiphanius T. 2. libr. 2. Hæres. 69. Diaconi commissa expediebant, & adhuc ministrabant mensis, Epiph. T. 2. lib. 3. Hæres. 79. Etiam in Conciliis Scribarum seu Notariorum munere fungabantur, quem qvoq; in finem Athanasius, verè ab origine Diaconus, cum suo Episcopo Alexandro sene, ad Nicenum Concilium properabat Ruff. lib. I. c. 14.

§. 3. Sed attendamus, qvibus modis, paulatim ad

principia

Primum gradus ponere laborarit Romanum Presbyterium. Conversus Cæsar Constantinus M. Romam occupans, ejus Civitatis Episcopo, (in quâ Augusti jam olim Rempublicam gubernarat,) mox causas, in aliis locis contendit, Clericorum Rom. cognitioni ac dijudicationi committebat, Eusebius lib. X. cap. 5. Is autem Ministerium Christi aestimans, apud Ruffinum lib. I. cap. 2, *Ecclesiis* dicit, *DEUS vos constituit Sacerdotes, nec conveniens est, ut homo judicet Deos.*

§. 4. Dein ejusdem potentiam augebat, perturbatus Ecclesiarum Orientalium præprimis status, per haereses ab Ario, excitatus. Inde proscripti plur. ad Romanos refugium sumebant, ac illorum auxilium & communionem implorabant; sicut Sardicense Concilium hujus seculi cap. 3, 4, 7, & 9. testatur: Et exempla Marcionis ad Pium I. Fortunati & Felicis ad Cornelium; ac Athanasii, Pauli Constant: Episcop. Marcelli Ancyrae Episc. & Asclepæ Gazæ Episc. ad Julium Romanum Pont. luculenter probant, apud Sozomenum lib. 2. cap. 7. Eò siqvidem configere soleamus rebus in angustis, unde spes aliqua consolationis & præsidii affulget. Sed hinc tandem cristas præ reliquis, erigebat Rom. Pont. & velut in eminentia constitutus, pacificas ad Imperatores & Concilia Orientalia pro afflictis ac depositis Doctoribus Ecclesiæ mittebat, Sozom. l. 2. c. 9.

§. 5. Si qui ad Rom: Episcopum liberè, vel ex compromisso provocabant, vel eò mittebant Encyclicas, id mox pro subjectione eos interpretari solitos esse, testari potest Epistola Damasi ad Episcopos Græcos apud Theodore: lib. V. 9. contra Hostiensem de Appel. in Sexto, Romana: *provocationes fieri possunt, non solum ab inferiore judge ad superiorem, sed etiam ab æquali ad æqualem.*

§. 6.

§. 6. Qvod verò nondum plenè R. P. perfecerit id  
qvod moliebatur, obstitit (1) Communis & æqvabilis Ec-  
clesiarum consociatio, (2) Orientalium Episcop. ab Occiden-  
talibus separatio, Soz. I, III, c. 12. (3) Constat ex Conc. Ni-  
ceni Can. VI, Romanum Episc. simpliciter comparari Alexan-  
drino. Et communitatem ac authoritatem suæ Pro-  
vinciæ sollicitè gerendæ, cæteris æqvabile deferrri. Imò (4)  
in Constantinopolitanâ Synodo, Episcopum Constant. ijs-  
dem privilegiis ornatum, qvibus Veteris Romæ Episcopus,  
jura qvoqve & honores ex æquo utriqve Civitati concessa  
esse. Sozom. I, VII, 9.

§. 7. Neq; (5) Amplissimis Concilijs, Rom. Ponti-  
fex, aut Eo absente, Nuncius Apostolicus præfuit vel præ-  
sedit. Cum notum sit Antiquitatis cultoribus, Concilio  
Nicæno præfuisse Eustathium Patriarcham Antiochenum,  
& Rom. Episcopi legatos Vitum & Vincentium, quarto in-  
frâ loco consedisse. Constantinopolitani Conciliij, Men-  
na moderator fuit. Sardicensi, Hosius Cordubensis Epis-  
copus. Aqvilejensi Ambrosius Mediolanensis. Car-  
thaginensi Aurelius Carth. Episc. & Chalcedonensi Leo-  
nis R. P. legatus præsedit, & qvidem precario, ipsiusq; Im-  
peratoris permisso.

§. 8. Nullus (6) fide dignus, & haud interpolatus  
hujus ætatis Scriptor allegari poterit, qvi Episcopum  
Rom. Oecumenicum omnium Ecclesiarum inspectorem  
judicarit. Ipse Magnus Athanasius Exul, eos tamen non  
nisi Episcopos Rom. compellat. Ambrosii Mediol. Epis-  
copi vox nota est: *In omnibus cupio sequi Ecclesiam Rom. sed*  
*zamen & nos homines sensum habemus, idèo quod alibi reclusus serua-*  
*etur, & nos custodiimus.* Hieron. ad Evagrium: *nec altera Ro-  
manæ Urbis Ecclesia, altera totius Orbis æstimanda est.* Si auhoris-  
tatione B.

tas quaritur, Orbis major est Urbe: Ubicunq; fuerit Episcopus sive  
Romæ sive alibi ejusdem meriti, ejusdem est & sacerdotii: Omnes A-  
postolorum successores sum. Quid quælo clarius à doctoribus  
Eccles. Occidentalis, contra primatum R. P. dici potuit?  
Etiam in Epist. ad Titum: Noverint Episcopi, se magis consue-  
tudine, quam dispositionis Dominicæ veritate, presbyteris esse maiores.  
Si E. Christus, teste Hieronymo, æqualem presbyteris o-  
mnibus dignitatem concesserit, verisimile haud videtur,  
uni Presbytero, principatum ac dominatum in omnes to-  
tius orbis presbyteros & Episcopos, ab Eo delatum &  
demandatum esse.

§. 9. Ne quid (7) dicam de Imperatorum prisco-  
rum Christianorum autoritate & potentiâ, in eurâ circa  
Ecclesiam. Illi Synodos adornabant, ijsdemq; præerant.  
Qvod probatur ex Rubricâ Concilii Sardicensis, Anno 347  
Congregatum est præcepio Constantij imperatoris. Et paulò post,  
jussu Imperator Constantius in Syrmio congregari Concilium. Omni-  
um autem clarissime, idem fatetur Socrates in Proœmio:  
In historiâ, Imperatorum mentionem propriea fecimus, quod ex illo  
tempore, quo Christiani esse sperunt, Ecclesia negotia ex illorum nutra-  
pendere visa sunt. Atq; adeò maxima Concilia, de eorum sententiis,  
& convocata fuerunt, & adhuc convocantur.

§. 10. Hi (8) Augusti, eligendi Episcopos (qualem  
adhuc Rex Gallie tenet,) potestatem habebant: postquam  
enim Ambrosius olim prætor, institutus Episc. Mediola-  
nensis, in colloqvo Regio, nobiles Aulicos, cum summâ  
libertate reprehenderet ea, quæ parum rectè abs iis gesta  
erant, Cæsar Valentinus dixit: Non fuit mihi unquam  
ignota hæc tua libertas, ideo non modò non obstisti, sed ee-  
sam adiuri creationem tuam. Theodor. I. IV. cap. 7. Et apud  
Sozom. I. VII. 8. Theodosius absolute Nectarium voca-  
bat ad Episcopatum. Gratianus Imp. post collatum cum  
Gre-

Gregorio Nazianzeno privatim sermonem, dicebat ei:  
Ecce, do tibi hanc sacram domum & sellam; & populus obsecrabat Imperatorem, ut Episcopum in throno suo sisiteret. Cuncta hæc Ecclesiastica, planè in consulto Papâ Romano, peracta sunt; & Goliatismum superborum Romanensium profligant. Unde & rectè cum Hieronymo in Præfat. ad Galatas, Romani facilitatis & superbias arguantur. Donum Constant. M. dist. XCVI. Palea est; illudq; Glossa, merum mendacium, ab omnibus explosum, dicit.

Seculum

v.

§.1. Seculo Qvinto & seq. temporibus, perrexerunt Præpositi Cleri Romani, per fas & nefas dominatum super Ecclesias omnes vehementius affectare: ac postularunt audacter abs aliis Episcopis, ut magni Momenti res cum ipsis communicarent; nec non Exteros, suos fecerunt ac demulserunt, nonnullorum titulorum, privilegiorum, seu beneficiorum collatione. Habuerunt etiam suos adulatores foris, eos potissimum, qvi alibi excommunicati erant; sicut de Flavio compertum est, Synodi Ephesinæ scrutatoribus.

§.2. Fastosus Paschasinus, Vicarius Rom. Episcopi, insurrexit contra Dioscorum, qvod in consultâ sede Apostolicâ, Chalcedonensem Synodum moderarit. Nec silentio præterire possum, fraudem sic satis ingeniosam Rom. Pontificum, dum Eos Episcopos, qvos Præsides noverunt fore, jussu Cæsarum in Conciliis, rogarunt, ut isti suo simul loco Synodis præcessent. Ita factum à Cælestino Rom. Episcopo, qvi in Cyrrillum Alexandrinum Ephesini Concilii moderatorem, suas vices simul transtulit. Niceph.l. XIV. c. 34.

§.3. Interim tamen nondum potuerunt, P. Rom. Catholicum primatum omnino asseqvi, dum Episcopi Concil. Africæ, una cum Augustino, Papæ R. molimina palam reprehendunt. Eumq; superbiam propbanam, inanemq;

B 2

ambi-

ambitionem appellante. Et Anastasium P.R. Confessorum nudē salutant. Etiam hi ipsi, Niceni Concilii adulterationem Can. 105, probant; ex missō ejus authenticō, per S. Cyrilum Alexandrinā, & Atticū Constantinopolitanā Antistites, ubi tale aliquid in decretis Concilii Niceni incorruptis, de primatu R. P. nusquam potuerunt reperire. In Milevitano Concilio cap. 22. cunctis Clericis, seriō mandatur, si provocandum puerint, ut non provocent, nisi ad Africana Concilia, vel ad Primatos provinciarum suarum. Ad transmarinos a. i. e. Romanos, qui putaverit appellandū, à nullo imra Applicam in communionem suscipiatur. Gratianus 2. Quæst. 6. c. placuit. Hoc decretum sic interpretatur: Nisi forte Romanam sedem appellarerint. Quā quidem explicatione, illud ipsum ex lege eximit, propter quod uniuersitatis ista abs Africanis lata erat.

S. 4.. Qvisquis ad Leonis P. R. Epistolas attendit, deprehendit, eum à Theodosio humillimè petuisse, ut sibi licet Synodus saltem intrà Italianam convocare, ad scandalū ejusdem Ecclesiæ sananda. Et Epist. 23. ad Constantinopolitanos, rogat ut ipsi quoq; apud Imperatorem de Synodo sollicitent. Nam adhuc Cæsares, Episcopos Imperio sibi subjectos tenebant, & habita Concilia confirmabant. Uti Theodosius cum Martiano Synodum Chalcedonensem confirmarunt. Et in Niceno Conciliū factum à Constantino, ap. Eusebium in vita ejusdem. Porro, Seculi V. Concilium generale Chalcedonense, can. 9. & 16. decernit, in causis gravioribus Ecclesiasticis, ut pergant ad sua diæcesis Primate, aut certò ad Constantinopolitanæ Regie Civitatis sedem, & eorum ibi negotium terminetur: Et Patriarcharum cuilibet suam finibus quibusdam includit distinguitq; potestatem, nec ulli in alterum dominatum permittit. S. I. Quan-

S. 1. Quando contemplamur Episcoporum Rom. Seculum  
Pelagii & Gregorii sententias, Dist. 99. cap. Nullus Patriarchi & cap. Ecce in Præfat. Decretorum allegatas, manifestum est, Eos seculo VI. adhuc abhoruisse ab Oecumenici seu universalis Episcopi appellatione. Qvis enim nescit Gregorium R. P. perstrinxisse admodum Iohannem Constantinop. Oecumenici Episc. titulo turgidum? & binc certum esse, qui istis titulis uitetur, eam Luciferi imitatem, & AntiChristi praefurem atq; prænunciam esse. l. IV. Epist. 39. & l. VI. Epist. 24. Nec cæteros Patriarchas amplius dici posse, si unus Patriarcha Universalis dicatur. Imo à sede quoque Romanâ, hoc nomen procul omnino esse debere, vult lib. IV. Epist. 32. & 36. Nullus Rom. Pontifex hoc singularitas nomen assumpsit. Nos hunc honorem nolumus oblatum lufcipere.

S. 2. Verum statim ac per contentiones & preces R. P. nomen sibi istud ab Imperatore Phocâ impetrans sent, superbia illorum nimium quantum crevit; ac tandem Universales omnium judices, (ipsi à nullis judicandi,) esse voluerunt. Rom. Episcopos esse heredes Imperij. Sibi quoque fas esse, Reges abdicare, de sentent. & re judicata. Ad Apostolicæ. Et passim alibi in jure Canonico.

S. 3. Si instrumentis adeò sanis Episcopi Rom. instructi essent, ad Oecumenicum Episcopatum probandum, uti fuere Episc. Novæ Romæ, triumpharent admodum! Nam in Constantinopolitano Concilio gener. V. Episcopus ejusdem Urbis, appellatur Oecumenicus Patriarcha Iohannes. Pater patrum, & Universalis Episcopus Joannes, Oecumenicus ArchiEpiscopus, & Patriarcha Mennas. Justinianus Imper. Authent. Constit. 3. scribit: Epiphanius ArchiEpiscopus bius Regia Urbis, & Universalis patriarcha. Postremo, ipse R. P. Constantinopolitanum Episcopum, in hunc modum

salutat, in Concil. Nicen. 2. Act. 2. Theratio generali Patriarchæ, Adrianus servus servorum Dei. Et in ultimo Florentino Concilio, Josephus Constantinop. Episcopus, se ipsum, ArchiEpiscopum novæ Romæ, & Patriarcham Universalem nominat: Uti ab Iis sit, in hunc usque diem.

§. 4. Sanè Imperatores vixerunt, Episcopis R. nullatenus primas concederunt, quin potius Mauritius Cæs. Gregorio injunxit, ut Johannem Constantinop. in Synodo Græcorum Universalem Patriarcham creatum agnosceret, eidemq; se submitteret, juxta Simonetam lib. IV. cap. 31. In Novell. Constit. 123. Augustus, Clericos cuiuslibet provinciæ, proprio Patriarchæ, sine ulteriori provocatione, subjicit. Qvibus adde Authen. de Sanctiss. Episcopis, Collat. IX. Si qvis verò. Ita circa Ecclesiastica, Imperatores libere qvandeq; disponebant. Et nonnunquam erga certos Episcopos ac oppida propensiores, (uti de Theodosio in Ambrosium, apud Theodor. lib. V. c. 18. Et de Justiniano, in Justinianæam Patriam Ecclesiam, compertum satis est,) eos mox aliis Episcopis & Urbibus præferebant. Reliqvos Episcopos sic satis duriter tractabant: nam Anastasius Cæs. Hormisdæ Episc. legatos malè expiebat, ac rescribebat: *Nos jubere volumus, & non juberi nobis*, i. e. Augustorum est Imperare, & non Pontificis, apud Henr. de Erfordia, in Chronico.

§. 5. Qvod ne qvidem hac ætate, R. P. exterios Episcopos ordinariit, seu pallium iis miserit, ex Conc. gener. Constantinop. V. Act. 2. liquet, dum Agapetus Episc. Rom. statim ac Mennam Episc. Constantinopolitanū extraordinariè consecrasset, dicit: *Et hoc dignitate ejus (Mennæ) accedere credimus, quod à temporibus Petri Apostoli, nullum alium unquam Orientalis Ecclesia suscepit Episcopum, Manibus nostra sedis ordinatum.*

§. 6. Co-

§. 6. Coronatio Cæsaris Occid. per R. P. peracta,  
non dabat Episcopo Imperium in Reges: saltem hoc ritu  
publ. declarabant, electum Imperatorem à populo & mi-  
litibus, Christianum esse: Uti adhuc in singulis Regnis Eu-  
ropæis, ad exemplum V. Testamenti, ArchiEpiscopus un-  
git solemniter electum novum Regem; undè nequaquam  
infertur, ArchiEpiscopos imperium habere in Reges istos.  
Certè si nunc Gregorius R. P. superesset, denuò exclama-  
ret ut olim ad Mauritium Cæsarem, ô tempora, ô mores! lib.  
IV. Epist. 32.

§. 1. Tandem seculo Septimo, Phocas Mauritii Cæl. *Seculum VII.*  
cum conjuge & liberis parricida, Bonifacio Episc. R. con-  
tradicente Episcopo Const. nomen Oecumenici concessit.

apud Sabellicum, de Petro Constant. Episcopo, Ennead.  
VIII. lib. 6. Hæc facta sunt Anno 608, eodem propè tem-  
pore, quo primum Mahometes, suam in Arabiâ cœpit in-  
stituere sectam. Hunc Phocam, sceleratissimum mortali-  
um, Populus trucidatum in flamas conjecit. Hoc mon-  
strum hominis, Promotor R. P. fuit, eumq; *Oecumenicum E-*

*piscopum* publicè pronunciavit & declaravit.

§. 2. Circa Centuræ hujus clausulam, jus confirman-  
di Episcopos Rom. per Cæsarum incuriam diminui cœpit,  
Constantinum Pogonatum, Benedicto sanctionem misisse  
ajunt, ut quem Clerus, populus & exercitus Romanus deligerent Pon-  
tificem, is è vestigio confirmaretur talis, non expectata Cæsar's senten-  
tiâ. Platina in vita Benedicti II. Sic tandem juxta Platinam  
in Adriano II. per illas potestas Imperatorum, & virius Pontifica-  
cum. Olim Cæsar Papam confirmabat, nunc Imperato-  
rem Papa. Olim Papam ad Concilia citabat Cæsar, nunc  
contra Papa Augustum!

§. 3. Largimur, qvondam R. P. Catholicæ Ecclesie Epi-  
*scopum*

*scopam verè, non antem Catholicum Episcopum dictum fuisse.*  
Sed quâ de causâ hic mundanus Episcopus, caput Ecclesiæ  
Universalis scilicet vocari adhuc velit *Servus servorum Dei*. (tanquam  
alter *Cham.*) vix penetro. Gregorius sic se ingenuè appellat  
se propter intolerandas, quas in Episcopatu Romano per-  
tulit molestias, est existimandus, quia cōqueritur I. Epist.  
7. & 25. *Veni in altitudinem maris, & temp̄as demersū me.* Eun-  
dem tit. S. Augustinus, multò ante Gregorium usurpavit  
ad Marcellinum l. 3. c. 1. quod ipsius esset dura conditio, his  
verbis. *Augustinus Episcopus, Servus Christi, servorum Christi. Ve-*  
*rūm, qvī haud gregem ipse pascit, neqve Vineam Domini*  
*colit, neqve docet, neqve Sacra menta administrat.* Qvi  
magnatum humeris sublimis velit, neqve terram pro-  
pter summam sanctitatem contingit. Qvi Christianissimum  
Regem stapedam tenere, & Imperatorem eqvum suum  
habenā ducere, Principes terrarum pedes osculari cogit.  
Qvi deniq; nullum in Ecclesiâ Christi, sacrum Ministeri-  
um exeqvitur, qvomodo se Servum servorum Christi, sine  
hypocrisi nominare poterit? Sic saltē illudunt mortali-  
bus, & cum J. Cæsare, *deponunt nomen Diuitiae, at vim restringent.*

S. 4. Hisce omnibus in nomine Jesu Capitis Eccle-  
siæ Catholice, qvi nobiscum est usque ad finem seculi, e-  
vicimus Romanum Episcopum intra Sexcentos, à Christo  
nato, annos, neqvaquam Universalem Episcopum, neu u-  
niversalis Ecclesiæ Caput fuisse. Et concludimus cum  
Distinct. XCIX. can. 3. *Prima sedis Episcopus, non appelletur*  
*Princeps sacerdotum, vel summus sacerdos, aut aliquid hujusmodi; sed*  
*tantum prima sedis Episcopus. Universalis autem, nec*  
*etiam Rom. Pontifex appelletur.*

*Amen.*

Tantum, per Sp. Sancti, gratiam.





Gregorio Nazianzeno privati.  
Ecce, do tibi hanc sacram domum & se-  
ratorem, ut Episcopum in throno suo fa-  
fistica, planè in consulto Papà  
Goliatismum superborum Ron-  
dè & rectè cum Hieronymo in  
facilitatis & superbie arguantur.

XCVI. Palea est, illudq; Glossa-  
bus explosum, dicit.

S.1. Seculo Qvinto & seq  
Præpositi Cleri Romani, per  
per Ecclesias omnes vehemen-  
runt audacter abs aliis Episcopi  
cum ipsis communicarent; ne  
ac demulserunt, nonnullorum  
seu beneficiorum collatione. I-  
latores foris, eos potissimum, q-  
rant; sicut de Flavio compre-  
scrutatoribus.

S.2. Fastosus Paschasinus,  
surrexit contra Dioscorum, quæ  
licâ, Chalcedonensem Synodum  
præterire possum, fraudem sic  
tificum, dum Eos Episcopos, quæ  
jussu Cæsarum in Conciliis, ro-  
co Synodis præessent. Ita factu-  
po, qui in Cyrillum Alexandrinum  
deratorem, suas vices simul tra-

S.3. Interim tamen no-  
Catholicum primatum omni-  
Concil. Africæ, unâ cum Augu-  
palam reprehendunt. Eumq;

B 2

n, dicebat ei:  
i obsecrabat Impe-  
cta hæc Eccle-  
racta sunt; &  
profligant. Un-  
Galatas, Romani  
stant. M. dist.  
acium, ab omni-

Seculume  
V.

s, perrexerunt  
ominatum su-  
e: ac postula-  
Momenti res  
s, suos fecerūt  
rivilegiorum,  
tiam suos adu-  
municati e-  
modi Ephesinæ

i. Episcopi, in-  
â sede Aposto-  
t. Nec silentio  
sam Rom. Pon-  
overunt fore,  
i suo simul lo-  
o Rom. Episco-  
i Concilii mo-  
ph.l.XIV.c.34.  
runt, P. Rom.  
dum Episcopi  
R. molima-  
banam, inanemq;  
ambi-

